III. Sexvirale seu Aedilitium.

Est a. Aedilium[a] officium, non solum operam dare, ne in civitate ruinosa domus, vel inordinate disposita fiant: sed et ut bonis soli publicis diligenter G. sint. De his vide Jus Prag. K. 19. dist. 2. & in seqq.

a. Aediles Romae frumento Gerant, d. l. 2. & deinde Cajo Julio. H. de orig. J.

Quoad status superiores in hoc inclyto regno, Judicium ordinarium est quintuplex:

I. Provinciale Maius, cui praest supremus Regni Judex, cum Baronib. quatuordecim, & octo nobilib. Vide constitut. regni, sub lit. A. 35.

II. Provinciale minus cui praesidet vicejudex regni cum quinque nobilib. personis. in constit. L. 60.

III. Curia, cui praesidet supremus Curiae regni judex, cum Baronum & nobilium numero ad minimum denario. In condit. A. 35. M. 36.

IIII. Camera, cui praesidet supremus curiae Regni Magister, cum Baronib. & nobilib. ad minimum duodecim. In const. O 5.

V. Burgraviatus, cui praesidet Burgravius Pragensis ad minimum cum sex personis nobilib. In constit. O 19.

Versus qui indicant, quando haec judicia celebrantur: